

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Promptvarii exequialis pars ...**

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive  
scripturae dicta varia ...

**Bidembach, Felix**

**Francofurti, 1625**

Thema XXIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

## THEMA XXVIII.

Hiob. 7.

*Militia vita hominis. Dies mercenarii.*

Thermatis huius Dispositionem vide supra in I. parte  
Promptuarii, Classe V. Numero VI. pagina 341.

## THEMA XXIX.

Hiob. 5. v. 17. &amp; 18.

*Beatus qui corripitur à Domino. Itaque non reprob-  
bes correptionem Domini. Quia ipse vulneras & mede-  
tur, &c.*

## DISPOSITIO.

Verba sunt Eliphaz Themanitis, amici Hiobis & vi-  
aliquin non exiguae authoritatis. Qui licet in principali  
statu controuerse, disputans cum Hiobo, errauerit, dum  
ipsum propter cerrum & singulare aliquod commissum  
scelus si a Deo flagellari affirmat: romen in aliis (preser-  
tum de Deo) vere & eleganter disserit, adeo vt Paulus A-  
postolus verba huius Eliphaz, ex hoc ipso capite allegare  
non fuerit dignatus, I. Cor. 3. v. 9. Comprehendit astu-  
tos in astutia sua Et conuenit hic insignis locus cum mul-  
tis aliis scripturæ locis. Quæ vers. 17. leguntur, congruunt  
cum his quæ Pro. 3. v. 11. & Heb. 12. v. 5. habentur.

Quæ vero vers. 8. leguntur, conuenient cum his, quæ  
Deut. 32. v. 39. & I. Sam. 2. v. 6. habentur. Itaq; hæc senten-  
tia Eliphaz Spiritus sancti verbis plane est conformis.

Est autem illius propositio, Non ægre ferendam cor-  
reptionem Dei. Huius sui affirmati tres assert rationes  
grauissimas.

Quia igitur vir quicquam est, quod difficilius sibi  
persuaderi paritur caro nostra, quam hoc ipsum, ut æ-  
quo animo ferat calamitates: agite, nos iam argumenta-

F

per

persuadendi ab Eliphaz proposita, signatim, at breuitate  
excuriemus, atque ad nostrum usum accommodabimus.

## I. Pars.

Ne auerteris aut ægre feras, vel reprobes aut abiicias,  
vel ut est in Hebr. Prou. 3, vers. 11, ne fastidias correptionem  
nem Dei omnipotentis, ait Eliphaz. Non paucain his  
verbis latent.

Primum hoc vult, Non ab hominibus esse istam correptionem, sed ab omnipotente Deo. Ideoque neminem debere, immo nec posse etiam quenquam, ipsius voluntatis resistere. Serra enim nihil valet contra trahentem. Esa. 10. v.  
25, nec lumen quicquam potest contra figurum. Esa. 45. v. 9.

Iraque humiliter nos sub manum Dei omnipotentis mittere decet.

Quod si maxime quis indignari: & contra Deum insurgere velit, nihil efficiet. Coram ipso enim nihil sunt omnes homines. Esa. 40. v. 15.

Deinde vero, ait, est castigatio Dei paterna: non est pars talis que exitium afferat.

In Hebreo idem verbum est hoc loco, quod & Prouer. 3, vers. 11, & significat propriæ correctionem. Hoc ergo vult, in bonum cedere homini illam flagellationem Dei, quia sic corrigitur & emendetur: cum soleat alioquin (extra penas & calamitates diuinæ) lascivire & errare. Huc pertinet id Jerem. 31, vers. 18. Sicut iuuenculus indomitus eruditus sum. Et vers. 19. Sic sapientior factus egī pœnitentiam Psal. 119, vers. 67. Antequam humiliaret errabam.

Quod si maxime noua correctionem tantum, sed & pœnam interrogatam velimus intelligere (vbi in Hebreo quoque alterum vocabulum est [increpar] & hoc loco, & Prou. 3, v. 11.) tamen nec hanc quidem possumus aut debemus drectate. Quia peccatis illam promeruiimus. Quin igitur potius cum Prophetæ dicimus. Iram Domini portabo, quia peccavi illi. Mich. 7. v. 9.

## II. Pars.

## II. Pars.

At quanta, inquis, est infelicitas, sic affligi à Deo, sic premi, sic flagellari? Quis non fastidiat illas pœnas? Quinimo, Beatus ille, quem sic castigat Deus. Cui etiam atupulatur Iacobus cap. 1. vers. 12. Beatus vir, qui suffert tentationes.

Malleum ego, ait, esse infelix? & carere tribulationibus? Noli. ô quisquis es, sic desperte.

1. Quomodo enim non sit beatus, qui filius Dei est? At filium non agnoscit Deus, nisi quem castigat. Ceteros pro spuriis habet. Vide Heb. 12. v. 8.

2. Quis non cupiat diligi à Deo? At quem diligit castigat. Prou. 3. v. 1. Heb. 12. v. 6.

3. Beatus qui paterne corripitur, ne pereat cum mundo. 1. Cor. 1. 1. vers. 3. 2. Bonum itaque quod humiliasti me. Psal. 119. vers. 71. Et diligentibus Deum omnia in bonum. Rom. 8. v. 28.

Contra vero infelices sunt, quibus parcit Deus, licet videantur felicissimi in mundo.

Etenim saginantur ut mactentur. Jer. 12. v. 3. Tolluntur in altum, ut lapsi grauiori ruant. Psal. 73. v. 18. Sicut oves in inferno. Mors depascet eos Ps. 49. v. 15. Ideoque beatius hic affligi, hic vixi, hic premi, ut illic nobis parcatur.

Exempla scripturar, si velimus commemorare, quomo-  
do Deus semper afflixerit sanctos suos, & charissimos fi-  
lios, dies deficeret. Vide historiam Iosephi, Mosis, de quo  
Num. 12. v. 3. Daudis, Pauli, 2. Cor. 11. v. 23. & omnium  
Apostolorum, 1. Cor. 4. v. 11.

## III. Pars.

Non sic castigat ut perdat Dominus, sed potius ut iu-  
uet. Hoc est quod hic subiicitur, Vulnerat & medetur,  
percutit & sanat. Hoc ipsum est quod Paulus nobis ma-  
gnæ consolationis proposuit argumentum 1. Corint. 10.  
v. 13. Fidelis Deus non sancas ultra vires tentari. Et hoc

F 2 pte.

pertinet id etiam, 2. Cor. 4. v. 9. & seqq. Premiur & non angimus Laboramus, nou destituimur: non deserimur, non perimus, &c. Er macht es nicht allzu grob und gbt darben allezeit das Lustkommn. Hoc elegant similitudine exprimitur Esa. 28. v. 26. & seqq. Ad inferos ducit & reducit 1. Sam. 2. v. 26. Mortificat. & vivificat Deut. 32. vers. 39. Vide horum Thematum Dispositiones, suprain hac secunda parte Prompruarii, Num. XIV. & XIX.

*Quis itaque, charissimi, ne ferreus sit, non moueatur his rationibus, ut dicat id Hos. 6. v. 1. Venite, ad Domnum conuertamur, percussit & sanabit nos. Quis non ita se submittat voluptati diuinæ, ut dicat: Fiat voluntas tua. Ipse Dominus faciat quod vult. 1. Sam. 3. v. 18. Præsto sum, faciat quod lubet, 2. Sam. 15. v. 26. Bonum est verbam Domini. Esa. 39. v. 8. Non sicut ego volo. Matt. 26. v. 39. & 42.*

## F I N I S.

## T H E M A X X.

Hiob. 10. v. 9.

*Memento quofo, quod ex luto feceris me, & in puluerem reduces me.*

## D I S P O S I T I O.

In hoc capite Hiobus eleganter depingit creationem & formationem hominis, factam ipsis Dei manibus. Et conqueritur, quod Deus tam cito velut destruere ipsum, ac si non meminisset. Hiobum esse factoram ipsis Dei. Scio, inquit, quod haec abscondas in corde tuo. Da thult nicht als ob wir dem G'schöpf weren; & ramen de eo cogitas. Ego autem illud in memoriam reuocabo tibi. Inter cetera itaque proponit Hiobus haec paucula, quz prælegimus, verba: quibus originem & finem hominis ostendit.

Cum autem non parum facere possit ad doctrinam nostram, si haec duo saepius accurate meditemur, agite, nos